1174 Anno dominicae incarnationis 1175[1] mediante
Vgl. S circa nativitatem beatae Mariae virginis Zobez-
laus dux mittit Udalricum, fratrum suum,
cum exercitu in Lombardiam ad imperatorem
obsidentem, vel potius obsidere volentem, hunc
temporis Alexandriam civitatem et quasdam
alias civitates, quibus iratus fuerat, et pro-
fectus cum eis ipse Zobezlaus usque Domaslichi[2]
ibi predictum Udalricum fratrem suum in
osculo pacis et suos commilitones in pace di-
mittit, et sic eos de terra emittit, quorum via
fuit ~~po~~ per Chamb serentes a sinistris Ratis-
ponam per ascensum Danubii usque ad civi-
tatem Sueviae, quam appellant Hulme. Est
ibi pons per predictum flumen, ubi e regione
civitatis metati castra multi ex iis abierunt
ad forum vendere pecudes aliasque manubias,
quas per totam viam predati fuerant, facta-
que direptione nescio quali, sicut est gens nostra
rapinis semper intenta[3], cives et populus terrae
versi in seditionem alios occiderunt, alios male Num. 20, 3
ceciderunt, nonnullos etiam vivos ceperunt et
quosdam de ponte precipitaverunt, nullusque

1) Jahresangabe wieder um 1 Jahr zu hoch.
2) Taus am Rand des Böhmerwaldes, prov. Pilsen, Hptg. Domažlice
3) Vgl. Binzuiz, oben S. Gottlobs Urteil über seine Landsleute ist übertrieben und unfreundlich, vgl. unten S. 122. Vgl. auch Dorfolz S. 273f.